

MINIMUS POST MAJOREM * MAXIMUS, 2

** Non surrexit inter-natos mulierum Major Joanne*

Baptista. Matth. 11.

D. FRANCISCUS SALESIUS

Gebennensium Antistes ;

Præcursoris Domini Post ambulo primus,

Vocis Clamantis Echo consonans,

Projecta infra corrigiam submissionis Æmulus,

Gemellus Innocentia Agnellus,

Insulatus Genevensium Angelus,

TERTIUM MINIMORUM ORDINEM

S. FRANCISCI DE PAULA

PROFESSUS

In Ecclesia Salvatoris, Urbe Veteri, apud Admodum

RR. PP. Ordinis Minimorum

S. FRANCISCI DE PAULA,

Coram Auditorio Académico Die 29. Januarii, Anno

M. DCC. XIX. Panegyrico celebratus,

P. WENCESLAO BRIDELIUS

Societatis JESU Religioso.

PRAGÆ, typis Universitatis Caroli - Ferdinandæ in Collegio
Societatis JESU ad Sanctum Clementem.

Honori ac Venerationi
ILLUSTRISSIMORUM
DOMINORUM DOMINORUM
GODEFRIDI
DANIELIS
ET
FRANCISCI
IGNATII
LL. BARONUM
DE
WUNSCHWITZ,
Toparcharum Ronspergæ, Waff-
ravii, & Bernsteinæ &c.
DOMINORUM DOMINORUM
GRATIOSISSIMORUM,
PATRONORUM VENERANDISSIMORUM.



ILLUSTRISSIMI
DOMINI DOMINI.



*Ererne favoris Vestri monumentum, quod altero abhinc Mense Paulane intulistis Ecclesie, dum Illustrissimos Optime Parentis, Annæ Felicianæ cineres, gentilitiò tumulastis loculò; reciprocè nostrum provocat inmemorion. Quid enim apud nos cum Anna, nisi Gazophylacium? quid cum Felicianæ, nisi omnem deposuistis felicitatem? Ut proinde Gazophylacio substitueremus conchylum, quod Vindocino * gemmam continet Divinitatis; Salesium pretiosissimum illud nostrum Margaritum Vestro inferre thesauro non dubitavimus. Neque enim fas erat ambigere, cimelia ejusmodi adamari à Filiis, quæ Illustrissimis Progenitoribus cordi fuisse non nescimus; apud quos pene vix aliud censebatur pretiosissimas inter gazas, quam aut erecti Divorum Colossi, aut li-*


A 2

* Ex Revel. S. Brigit. * Elog. de S. Salesio Alex. Vindocin ut Creux p. 1. c. 82

beralitate profusa ditata Icones Thaumaturgae. Tace fama!
 quando immortale satis superque, suo Vocali silentio, Wun-
 schwitzianum vulgat Nomen, Divinius Nepomucensis Siga-
 lionis simulacrum, quod Aereum, aureum positurus, nisi in sa-
 cula incidisset ferrea, non sine Tripolis poppyfimo, Illustrissimus
 D. D. Parens ponti imminere fecit Pragæno. Patrocina-
 tur immensa fame, Thaumaturgus hic fame Patronus, eri-
 que incisum Wunschvitziorum Nomen fluxuris post hac sæculis
 perennabit.

Sed & tanto crescere Nomine, Vestraque sublimari Ma-
 gnitudine, noster Minimus post Majorem Maximus exambit
 Salesius. Sustinete Præcursoris Postambulonem, avito inam-
 bulare campo, & gemellum Innocentiæ Agnellum, Vestris adu-
 nari Cervis Gentilitiis. Gloriabitur affatim humi serpens
 pagella, & cum pagella Minima Familia nostra, quod illis ad
 illimes Gloriæ fontes fulmineo pede currentibus, ibit pedisse-
 qua, Vestraque Illustrissima Magnitudini erit à pedibus.

CONVENTUS MINIMORUM
 S. FRANCISCI de PAULA PRAGÆ.



ORATIO.



Admontana, festino passu, ad montana prove-
 here lenta Oratio; & Palæstinis insultantem collibus
 insequere Gigantem, quo, Theandrico suffraganti Ora-
 culo, minores sunt, quotquot ab ipsis Megacofmi cre-
 pundiis erant Majores. Censebat, non diffiteor infans,
 ac nondum pene extra cunas exporrecta mortalitas,
 longo ordine, & pro aris, suslinendo pares Olympo,
 Atlantes, & idoneos capefendo electi populi lupato
 coronatos Encelados; & centimanos ad facienda Numinis imperia Briareos;
 sed omnis hæc grandium nominum detumuit magnitudo, posteaquam partum
 edidit gratia, quo non surrexit inter natos mulierum Major. (a) Non orbita
 solis non illum natura capit. (b) Timete! vestrisque prospicite Augustalibus
 superi! Hæc pubes domitura Deos, (c) celestis Gigas (d) Joannes, arma corri-
 pit in Tonantem, astrisque formidolosam innovat Gigantomachiam. Et ve-
 rò eventu, contra quam illi terræ filii, secundissimo. Quippe non modò
 repandos cœli postes contumacibus oppellulare ausus vestibus, violento dun-
 taxat nisu effringendos: (e) verùm etiam, vim fortasse metuens ad Virginia
 lis uteri asylum cœlò fugitivum Numen, in Judææ Pelion, Ofsamque arca-
 nis pedicis pertraxit. Nec ante obstinatis absolvit vinculis DEUM obsidem,
 quam ad Eodem hæreditaria originalis culpæ liberato compede, in materni
 uteri choragio ut Gigas exultaret. Joannes Insulato attestanti Guarrico (f)
 columna cœli est, cui natus celsor aspici vertex in auras erevit, & atheris excedit
 orbes, obviisque Æolidum superavit iras. (g) Mihi extra fabulam Atlas. Hoc
 etiam Atlante major, quod non tantùm bajulos cœlo æquârit humeros, sed
 & Giganteam dextram, lustrali Jordanis amne Theandricum humectantem Ca-
 put, fecerit astris omnibus eminere. Non novit magnitudinem Joanneam, qui
 portentum mundi (h) non stupet, & quos fastuosa Rhodus thaumatum instar
 buccinabat colossos, immoto splene tuetur, postquam ipsæ rident hæc pro-
 digia ruinæ.

Alluditur sub
 Gigantum no-
 minibus ad
 Heroës ab Or-
 be condito.
 Maximòs:
 (a) Mar: 11.
 (b) Claud: in
 Ruffin: lib: 2.
 (c) Idem in
 Gigant.
 (d) Mendoza
 ad c. 1. Luc.
 (e) à diebus
 Joannis Bapti-
 stæ Regnum
 cœlorum vim
 patitur & vio-
 lenti rapiunt
 illud Matth: 11.
 (f) Serm: 4. de
 Joan: Bapt:
 (g) Avanc: 1.2.
 Ode 1.

(h) Guar: cit:

Nempe ultra pumiliones non assurgit, quidquid Joanneam subit decem-

pedam. Frustrâ Romane Tragœde Judæo queris *Alcida parem, nemo est nisi ipse*;

(i) Senec: (i) qui ut purpurato Damiani stem testimonio: *Magnus est sine mensura, maxi-*

(k) Per: Dam: *mus sine aequali, primus sine secundo.* (k) Et fanè, sive naturales dotes,

Ser: de S. Joan: quas noverca cæteroquin tenaci manu dispensat natura, primum incurrant ob-

(l) Origen: cit: tutum; inexhausta *Excellentiarum abyssus* (l) est, nulla bolide contingenda.

apud P. Julian: Sive, quas profusior plenis effundit congiariis gratia, nobiliores innocentis

Conc: 13. de animi quantumvis Lippum perstringant oculum opes, *suspiciet prodigium San-*

Bapt: (m) S. Thom: *titatis*; (m) sive denique cætera prodigiosarum virtutum in censum revo-

Villanov: Con: centur magnalia; universam grandioris perfectionis molem in Joanne concen-

r. de Bapt: tratam esse, devictus fatebitur Orbis, & Hipponensi subscribet oraculo: *Nihil*

(n) August: in maj: *exiitisse* Joanne. (n) Et inde est, quod Architectum Numen, vastam

Pfal: 29. Megacosmi fabricam ternario digitorum tholo appensam, ceu pondus iners,

nuper conatu librârit facili, aberat Joannes. Quem ubi primum pensili suæ

adjungi molî conservatrix senserat Omnipotentia, bajulis digitis manus in

suppetias evocatur auxiliariis, thaumaturgam Præcursoris Magnitudinem suc-

(o) Luc: 1. ma- collatura. (o)

nus Domini e- rat cum illo. Fatiscit & meatanto Elogiorum delassata pondere Palæstinos inter Cauca-

fos vagata Oratio, sublimem in montium pinnaculis necquicquam investi-

gans stylimajestatem. Effugiunt humanam dicendi facultatem Majoris hominum

magnalia, & à Voce Clamante, Demosthenes æquè ac Tullii elinguantur.

Nec mirum, si frustrâ sint præconia hominum, quando ipsum quoque sæcun-

dam aliàs in Elogia Numen, infiniti cornucopiam Verbi comprehendens, in

Vocis istius, & jam propè vinculis præfocatae encomiis, epilogum non inve-

nit, sed præter oratorias suadæ præceptiones, orditur panegyricum sine Colo-

phone. *Cepit JESUS dicere ad turbas de Joanne.* (p) Invenit Verbum princi-

(p) Math. 11. pium (quanquam vereor principium dicere, cui suus non respondet terminus)

nec ultra illud progressum erat. An nè in Voce hallucinetur? at illud per

Religionem sentire vetor. An prolixam fastidiebat perorandi methodum? Sed

quid in Verbo nuper abbreviato non laconicum? An denique innumera Hero-

um facinorum perculit series, ut omnia in numerum revocare Oratorum dis-

fiderit Theander Tullius? Equidem grandia adeò & multigena sunt Joaneam ma-

gnalia, ut *Solâ Omnipotentia explicari possint.* (q) Deus sit, est necesse, qui cæteris

mortalibus Majorem condignò celebret encomiò.

Atque post hunc Majorem surrexit Maximus P. P. R. R. vester Minimus

SALESIIUS: *Sic oculos, sic ille manus, sic ora ferebat*; (r) ut nisi vanissimam ocu-

latur Peripatus rudioris Sophiæ exploderet metempsychosim, grandem Joan-

nis animam, ad Virgineum Salesii repedâsse corpusculum testârer juratus. SA-

LESIIUS (O! nomen cum violis, rosisque natum) (s) Gigantea Præcursoris Domi-

ni vestigia infectatus Postambulo primus! quem nisi lenta in posterius distu-

lisset Evum natura, suum in virtutum stadio pernicem suspexisset rivalem, nec

Præcursoris admissor erat Encomium, quod pedè parili currentem vidisset

SALESIIUM, tanto alioquin Majore Sola propè ætate minorem. SALES-

SIUS! Vocis inter Idumæa telqua Clamantis Echo consonans, fidelissimè

vocales Joannis virtutes in sua infante vita reflectens; ut orbem reddiderit

dubj-

dubium: voxne activa fuerit Majoris, an Maximî, Joannis an SALESII.

Post Majorem Maximus SALESIIUS! Eh indignor serpillo certanti elocu-

tionî! Error vester est P. P. R. R. quod Maximo de JESU Societate Mini-

ma iterum hodie, quod-decumana jam annorum consuevissis intercapedine,

pro rostris Oratorem quæsisit minimum. Scio quo istud consilio. Vestræ

nimirum in eo consultum itis Familiæ Minimæ, quæ ob altissimam animi sub-

missionem; parva etiam aliorum averfatur encomia, quod non sint minima.

Hinc minimum SALESIANARUM laudum vestigal expetit annuè à Minima,

ut nè vel latum unguem à Paulano desectat minimo, aut à nihilo SALESIA-

NO. Quod si igitur Vestris velificatura votis, modico præcesserit apparatus,

meticulosa vastissimo commissa pelago Dictionis liburnica, non Cæsarem, sed

post Majorem Maximum vehens SALESIIUM, & cum Salesio Gebennæ,

imò orthodoxi Orbis fortunam felicitatèmq; non succensebitis, cui de indu-

stria depressæ submissioni Vestræ, minimum præstitueret libuit Guberna-

tozem.

Sed heu mel' terrent hodiernæ Evangelicæ Naviculæ cum procellis at-

que naufragiis colluctatæ vestigia, & malè cautum Palinurum, nescio quo ru-

ditatis sopore consulptum, in transversum agunt. Minantur heu! naufraga

rostrata in qua consisto, navi Ecclesiæ, intempeslivæ conceptuum pro-

cellæ, rudè dispositi argumentorum rudentes, non ritè colligatæ verborum an-

tennæ, remòsque pene abjicere in expertum cogunt Typhin. Quid agam? quo

me vertam? Sed enim ad clavum redire jubet, *cui venti & mare obediunt*

(t) Salvator, * pedum in remum offert SALESIIUS. Tranquillis jam

non despero ad portum provehendam Alcyoniis Suadæ carinam, tantos na-

ctam Opitulatores, SALVATOREM & SALESIIUM. Vos A. A. Honoratissi-

mi, nè Maximum vehens in brevibus, Oratorius subsidat Lembus, faventissi-

mis natantem Etesis aspirate & favete.

Magnorum magna incunbula. Adornant æmulæ Olympo rupes natale

domicilium, suâque sternunt cunâs Marpesiæ; partui ad celsa honorum fasti-

gia evehendo. Quid enim prærupti Cretæ montes exasciantur in fascias,

finderentur in thoros, scalperentur in thalamos: nisi magnam levaturi es-

sent Saturni Sobolem, Dearum colostrò nutriendam in Tonantem. Cæsa-

rum certè futura Parens, Romuli filia, Urbium Regina Rôma, alia, quàm

septicolli è specula primum aspicerè solem est dedignata; nec alibi gentilitia

sua passa est superstrui Augustalia, quàm monti Palatino. Nimirum quid-

quid ad alta natum est, cunabula nanciscitur montium cacumina, & quid-

quid magnum faxcos inter nascitur Gigantes. Non urgeo ultra Vestrum de

SALESIO horoscopum divini ad divinantes Astrologi: Si enim Idumææ

portendebant rupes thaumaturgo gratiæ partui Orbis Majoratum: omi-

nantur satis superque cunæ magnitudinem Giganteam, quas Transalpina Rhe-

tix montana sternunt FRANCISCO.

Non sustinebat amplius angustò uteri arctari latibulò, qui in Maxi-

mo formabatur. Sed effractus Maternæ alvi repagulis, nonam mensium

non opperitur Lunam, nè communem vulgo nactus crederetur Genesim, post

Majorem Maximus futurus. Æmulari etiam tunc videri poterat sui Præcur-

soris

In Dom: 4. post
Epiph. incidit
Festum.

(t) Matth. c. 8.
* Ecclesia RR.
PP. Paulanorū
ad S. Salvato-
rem.

foris vestigia Postambulo SALESIUS; nisi quoddam Joannem citato, cui currit pede gratia, ad gratiam SALESIUS; dum ex aetheris quam dianturæ favore potius maturatos antevertit natales, quod ad annum Iustitiam, inustum posteris Proto-Plaslorum stigma eluturus, niveâ innocentia inducitur oculus polymita. Sit hæc Majoris prærogativa, ancillantem in primo vitæ vestibulo fortiri gratiam. Pedissequi privilegium post Majorem Maximi est SALESII, eam Giganteis insectari passibus, & præter consueta naturæ jura, uterò citius ad fontem exilire gratia, Allobrogis unius est SALESII. * Quamquam quid usque adeo fontem sicut piacularem saliens hic in montanis Cervulus, quod serpentinum digerat toxicum, inter Paradisi Elyfios avidis faucibus toti propè voratum mortalitati: cum vix (Eminentissimum appello oraculum) vix in Adam peccavit, (u) virusque præmandentibus infaustis Proto-Parentibus, nescio quod Divinitatis colostrum in malis unius pessimo edulio vestigantibus, vix, inquam, primis gustare labris. Aliâ jam in prima ferè sui animatione passus erat ambrosiâ, quâ ad Divinos nutriretur honores, & Majori Maximus vicinaret. Et verò poterant è prætexta vaticinari Rhetæ Apollines, quis puer iste futurus erat: nisi eos, ut suum ille Zachariam, infans hic, in Harpocrates elinguisset & Sigaliones. Tacent, remugientibus quaquaversum missis timore gaudiis Rhetæ montanis, totaque latè in jubilos effusâ viciniâ, non responsa dant, sed præter morem Vadicum, arcanum aliud indagant Oraculum: *Quis putas puer iste erit?* (x) O! Gebenna! tuam tuam, ex his cunis vaticinor felicitatem, tubisque Orthodoxa Genevæ Republicæ fortunatos SALESIANIS describo fasciis progressus! Eriget postliminio collapsam sanctitatem, exultantes relegatâque virtutes Patrio solo restituet, veritatem Scientiâ, zelò pietatem vindicaturus. Eja! huc Pontificias defer in vicem Vittæ infulas, & prodigium Præfulum (y) prodigiosum come verticem, Maximum post Majorem. Sed jam saltus inter & resera ferarum futurus contubernalis, (z) suum Præcurfor Postambulonem ad virtutum literarumque stadium evocat Olympionicem. Nè urbicis in ædibus deviatet à virtute, in avia nemora mutuatis ab amore talaribus antevolat (vix enim gradi poterat; projectis nuper libera fasciis innocentia;) & Pythagoræum in solitudine nactus Lycaum, solus, nisi quod uterinas suas in comites adlegerit sorores, gratiam & sanctitatem, solus, frondosò clausus musæo, uni addiscendæ Vociferam navat. Nec invitâ Minervâ, ad omnes enim casus, sinistros æquè ac prosperos, Vocem flectere, & pene in Vocem ipse commigrare: cum didicisset, ad Verbum temporis, casusque expers, studia animumque convertit; ut Vocem Verbo consonare condiscat. At celsiorem Majore hominum Syntaxim! Imbecillior, siquidem, quocunque Jove genita humana Pallas est, quam ut eam limitato comprehendat conatu, nec ullo uspiam vitiet barbarismo. Quæcunque est, analoga est Verbi cum Voce confessio, nimitumque discors ratio, humanæ vitæ cum Theandricæ æmulatio. Ah desiste arduum, dum mentano Soclicet, Joannem insequi trivium, desiste, SALESIUS, & pedes, quos Rheticâ Jesu Gymnasio extulisti in Rhetiam refer. Ad Claromontanos Pieridum clivos, ad umbrosos mitioris literaturæ lucos, cursum impulisti? heu metuo ac non Musarum

* Salesius anagram. es Salius

(u) Vit. p. 3. c. 7.

(x) Luc. 1.

(y) Hagiol. Lugd.
(z) Oliv. in Strom. de Baptif.

studet in Clavio, humanæ vitæ cum Theandricæ æmulatio. Ah desiste arduum, dum mentano Soclicet, Joannem insequi trivium, desiste, SALESIUS, & pedes, quos Rheticâ Jesu Gymnasio extulisti in Rhetiam refer.

rum has discipulus, sed ferarum; quemque solerter inter Aonios Parnassidum saltus venaris humanitatem, in prædam ruas feritati. Nihil terret palans Lojolæis in Campis Lycaon? nihil cum eo nata Societas? At fabulam sur- Alluditur ad do. Præcurforis insilere natus vestigiis, ferarum ardentius anhelat contu- Insignia Lojola. bernium, & vel à Lupæ ubere, scientias exfugere optat avidius mansuetiores. Et quamvis percelleret, cursumque morarentur dentes Lycaonii, triptus Ejustdem Lojolæ fumosis appressus Ceris ad audendum provocat, gressumque urget concitatioem. Quid enim ex illo nisi Apollinem arguat Domesticum? cujus arcaniore incallescere entusiasmo efficitur cupiebat SALESIUS. Neque enim surrecturum se post Majorem credidit in Maximum, si Delphicis non inclaresceret Oraculis, nec Vadicus audiret Prophetes. Eapropter obstinatò in marpesiam animò, Claromontanæ vel ex eo etiam capite libentiùs se se immiscet Gymnadi, quòd in ea minimi essent Pædagogoi: non ignarus, tritum ad indispiscendum nomen Maximi callem; à minimis capisse. Aspirabat jam tum ad terrestres Cæli (aa) cælestes nuptias prudens Virgo SALESIUS. Quidni ergo limpidissimum Lampadi suæ quæsiturus oleum, Palladem adeat Claromontanam, apud quam lecythum suum eruditissimò impinguet olivò. Saturabat tunc eruditam famem non quidem silvestri favo, ut Joannes, sed aut ex Emmanuelis Alvari collectum alveari mel, aut lectos aliunde dulces sapientis fructus degustabat. Haustis plenis cyathis, quasque instillabant Artes Pædotribæ, & brevi in sicco hærentibus Classium inferiorum rivulis, ad Oratoria necessum erat fluente pedem maturare, quibus ardentem sitim relinqueret, & capacem omnigenæ eruditionis animum inundaret. Totum in hoc Tusculo suo in eo locabat studium Tulliaffer SALESIUS, ut ex suadæ fluminibus illam combiberet Orationem quâ DEO æquè ac Cælitibus persuaderet. Nec frustrato desudatum erat conatu. Siquidem quot vicibus pro sacris perorabat rostris sive pro domo sua, sive pro emolumento Orthodoxæ Reipublicæ, tributarium nunquam non pedibus ire in suam sententiam coëgit Cœlum, auratisque energicæ facundia catenis, fideos Optimates in vota traxit Hercules Gallicanus. Omnem, sed præprimis Logodadalam, & fusiori Arpinatis stylo magè accommodam cordi habuit Orationem. Hinc dum ad Cælites perorandum erat, quam alioquin pene in omnibus deperivit, laconicam in dicendo perosus est parsimoniam: indignum ratus, cœlum audiendi avidum parca, nimitumque frugali facundia satiare. Idcirco totus Orator totus factus est oratio SALESIUS; quam nè mortua crederetur, viva virtutum hypotiposi animavit, nec tam vocum, quam morum cincinnulis reddidit concinnioem, ut toto se perorare pro virtute videretur. Vestros huc è sepulchralibus bustis in testes vocarem Manes, quibus vel solus SALESIUS obtutus, sanctiorem vivendi normam persuasit. Dicite! an non è formoso frontis suggestu in geminis oculorum stellis Periclem induta fulgurabat modestia? & vagam pupillam vestram suis cancellavit limitibus. (bb) An non è rosea genarum æbonia floridas verborum gratias, Hor- C. 3. tensu

(aa) Leo X. in Bul. Minimor.

Solo vultus sui aspectu Virtutem per svadet. (bb) Vit. p. 1.

tenſi in morem ſpargebat verecundia? & effrontem morum damnavit ſcientiam. Quid elinguis loquebatur taciturnitas? dicaci linguæ trænos inſecit. Quid innube frontis ſerenum? ſedabat turbas. Quid invictus in adverſis animus? domabat bilem. Quid denique inter Divina myſteria calido torgeſcens lumine Orator oculus? lippus ſit, qui Sipili cantibus duriora peſtora, hac undante ſuada, in ceram emollita eſſe eat inſicias. Nempe: *Et lacryma pondera vocis habent*, (cc) audiunturque eò felicibus, quò faciliùs trahunt in ſequelam. Sed non eſt cur ſoli vocem addicam oculo, cum totus vocalis, totus Oratio factus ſit SALESIUS. Debebat nimirum, qui Vocis Clamantis ardebat fieri Echo conſonans, harmonicæ cum Joanne vitæ adminiculo, ſacundos inter amnes Vocalem animari in rupem, parcite, dicere debueram, firmam ſtabilè que orationem. Nec enim parilem Præcurſoris cucuriſſet orbitam Poſtambulo, ſi diverſa æmulatus ſtudia, Voci Clamanti conſonans Echo non reſpondiſſet, & vocalis inſtar Nymphæ, totam Clamantis vitæ periodum, ſincera æmulatione non reddiſſet.

(dd) Vit. p. 1.
C. 1. & p. 5. c. 7.

Quanquam grandius aliquid in Coronatis Henrici & Jacobi (dd) in Eminentiffimis Berullii, in Eruditiffimis Frogerii apicibus Echo noſtra refringit, nec tam Voci, quam humanato Verbo creditur conſonans. Virtutum quippe Theandricarum Majeſtati vitam uſque adeò effecit conformem SALESIUS, ut aut novatum Verbum, aut continuata eiufdem Verbi repetitio, aut certè Vox Verbi, & Echo Theophrasta videri poſſet. Non urgeo argumentum gravioribus rationum momentis; non tantùm nè ſopitam facundiſſimorum Tulliorum, dextimè id pro hiſce roſtris comprobantium, memoriam, balbutiens mea reſuscitet dictio, ſed nè faventiſſimas SALESIANARUM Laudum aures, dum aliena encomia depromimus, recocta crambe inceſſet. Ad Liliatum proinde Pariſiorum Pan-Athæneum, ubi maximas conſiſcat Philoſophicas, ſecundo Sequana noſtra cum Maximo delabitur Oratio. Hem! quæ iſthic portenta? innocuo tranſcurrit pede ſentis Peripateticos, Thaumaturga ſubtilitate, veluti Corporis experts Intelligentia penetrat Corpus phyſicum. Æternaturam ſyderum durationem, brevi temporis intervallo menti inſcribit. Quid multis? nondum ſerè annorum lapſa Trieteride, totum; quo Stagyrita ſorbebatur, hauſit Evripum. O! Helluonem Scientiarum! Aſt una adhuc, quàm humeris Epomidem, capitique Laurum incingat Sorbona, ſuperanda occurrit arena, hoc periculoſior, quòd Sophiſtica decurrere Olympia neceſſum foret cum Olympo. Credideram proceſſuram de Voce quæſtionem, niſi ſuam cœlum oggeſſiſſet liquiditatem. Quis hic SALESIUS? deſenſat, tuetur, & pene in Verba Magiſtri jurat, empyreas fixæ inniti baſi regiones. Sed contra impugnat, reſtatuturque in Cauſa ſua adverſum Cœlum & liquidò ſuos fluctuare poſtes, natate cardines & veluti in Evxino, ità in Æthereo ponto zodiacos piſces, Sydereos cetos, ſtallatos Delphinas, & ſi qui ſunt, quos pulcherrima aſtris genuit Neptunine, ſquammatos Deaſtros remigare conſendit. Utque palinodiam imperet SALESIO, Achillem detorquet ab experientia. Plu-

Audit Philoſ.
Pariſiis.

unt toto cataclyſmo aſtra, & veluti ruptò alveò, quâ data via, liquida cœli ſe ſe in præcordia FRANCISCI diffundunt ſolatia. Obluſetur? at fruſtrâ ætheri pluvio humana ſunt repagula. Ferat? ſed anguſti cordis ſinus non ſuſtinent gaudiorum torrentem. Viſtas proinde dare manus, & obſtinatiori æthræ magis, magiſque objecta rationum momenta, ſupernarum deliciarum fluminibus diluenti, Xaverianum fatiſ aut ſuum *parciùs Domine, parciiùs*, (ee) cogitur inclamare. Et verò debellatum videri poterat cum SALESIO, ſi novos auſus Præcurſor Theomachus, Olympo nuper ob poſtes velatibus vallatos terrificus in Poſtambulone non accendiſſet.

(ee) Vita.

Ergo Paduam iter corripit Juſtitia gladium erepturus, novique armis, ſi nova æther moliretur prælia, ſuam panopliam ditaturus. Sed armiliſtium protelante Polo, Martem intonat Cocyus. Impudicum orci proſtubulum, lenam obarmat in Amazonem, *Ignes arCyſqVe CPIDnlis arMa* (ff) miniſtrat, quibus lilio, nivique certantem expugnet caſtimoniã. Ad arma SALESII juſtitialem ſtringe acinacem! pulcher metendæ campus adorea offertur. Tuum quod in Te caput eſt, inceſta petit Herodias candorem. At enim gnarus ſtrategus SALESIIUS: *Frigida pugnare calidis*,

Audit jas Patavii.

(ff) Ovid. L. 1.
Am. EL. 15.

humensia ſiccis, (gg) nè mucrone ignes fodicet, quemque devincendo aparârat Polo, ſpurca Aphrodiſiæ inceſſet libido, imò extractum peſtore caſtharma in vultuoſam Helenæ pompam egerit, & faces Cyprias ſputò extinguit. Io triumphat! inter feſtiva adjubilantis Patavii tripudia Laureate Viſtor! Inſcribet æternitatis falſis novum vincendi genus caſtimonia, quam inſucta methodo Paphias domare flammas erudiſſi! Itaque de Erebo viſtor, ut vim patiens Cœlorum Regnum, ſuo tandem fidentiùs ſubjuget lupato; Sorbonæ ſummarum Aquinatis ſcandit ſpeculam, in qua opportuniorem aſſutui expecudet Theol. letur ſtationnem. Itque, reditque vias; & hinc dumis vepribuſque horrentem cernit poenitentiam, nec terretur. Illinc mille muralibus vallatam an velatam ſpectat fidem; & arridet. Ibi promontorium aſſulget ſpei; jamque trahitur. Illic charitatis flammâ Lypara; & totus ignes, totus Gradivum ſpirat SALESIIUS. Maſte animi FRANCISCE! aggredere auſu maſculo Angelicas pro portis excubias! aſſutum urge! adverſo Marte, ſi mihi auſcultas Vati, præſentem ſubeunt arenam cæleſtes copiar. At currenti calcar. Prior jam aciem expedit, belligerat, triumphat, & poſtliminiò voſatitem illum exercitum, totam Angelorum capit-Hierarchiam. An debellatum? tantùm abeſt, ut potiùs nè vires enervet attonitum Emphyreum, ſupremam audentiùs impellat aciem, propediem in intimiùs Numiniſ Auguſtali ruituram. Nec ſpes in herba. Perfringit ſecundo aſſutu ſruſta repagula, atque ad beatificam eluſtatus viſionem, ut cum Joanne *teſtimonium perhiberet de lumine* (hh) eripit in ſpolium lumen gloria, totique triumphales invehit cœſo curules. Huc tuam purpuram, tuamque cidarim Theophôphã, Majoriſque triumphalibus inſiſtentem veſtigiiſ Theophôphã come Laureã Victorem, Maximum poſt Majorem SALESIIUM.

(gg) Ovid. L. 1.
Metam.
Inſidiantè pu-
dicitia Lenam.
ſputò abigit.

(hh) Joan. 1.

Verùm ſi ſic tardigrada es, vix Majorè ſuū inſequentè aſſequere Maximū Ora-
tio. Utrinque curritur pede fulmineo. Abſtruſos nemorū linquens recessus, mitiſſimo

Aghi evocatus balatu, ad Jordanis fluentia praesto est Joannes, ut lymphis tingat piacularibus expers maculae vellus, nudae mortalitati in candidissimam innocentiae byssum servitutum. Ibi asperos poenitentiae aculeos audientium infigit praecordiis; Ibi armata militum flagitia, stylo oppugnat ferreo; Ibi commigrantibus suis cum incolis Urbibus, amorem honesti non tam suadet, quam imperat. Regios subinde penates revisens, speciose in purpura gradientia Galilaei Alexandri, Palastinus Callisthenes, objurgat flagitia, atque in incestos Philippicam tonat thalamos: dum trabeatus Licetor, improbo perorante scorto, liberiora locutam Vocem adstrictam vinculis, ergastulo mancipasset. Hoc nempe habent trabeata delicta: impunè non arroduntur. Nisi palpo es, aut veridica files oracula, nec scelestis displicuisti, aut spreta morte damnas scelera, & summo Numini placuisti. Hac ibat celsior terris animus Maximi SALESII, nec ullis unquam cataulis Dei alligari Verbum sustinens, aularum vitia aequè ac mapalium, Apostolicam fulminabat eloquentiam. Illud verò faustum dedere omen nascentis Joannis incunabula, dum pro rostris primum Evangelicis effecerunt Tullium, quae Parentem alioquin suum obmutescere, in Tacitum coegerunt. Et certe gemella posthac resonabat Majoris Vox in ore Maximi; sive dum effusas Mavortis copias, infandò sacrilegiò, Religionis sacra omnia incessantes, gravi deterreret oratione; (ii) sive cum senticosum premere poenitentiae callem, verbò suaderet omnibus, plurimis imperaret exemplò. Modicò namque edulio longa solabatur jejunia; gravabant armos horridae Cameli exuviae, dirissimè in tenellum corpus defaevitum erat vibicibus, non raro conclave vel ipsis feris horridum erat gurgustium, thorax excelsa rupes, cervical caucalus. Quo vivendi rigore cum plurimos castris Philautiae eripuisset Sardanapalos & Troisulos, salvificae Crucis erexit labarum, sub quo succenturiatum poenitentium Caetum Sacramentò adstrinxit: (kk) At majore industria palantes Galvini apros, agrum depascentes Genevenses venabatur, & qui, familiari sibi gnoma, in domo DEI canem se dictabat, assidue pro Ovili Dominico oblatrabat Heterodoxis. Non ferebat Theoninum Bezæ dentem, quo Orthodoxae Reipublicae lacerabatur unitas. Non protervam Bonni audaciam, qua duce Divorum delubra nudabantur trophaeis, Sacri Capitoli manubiae sacrilegè diripiabantur manu, squallebant aræ, sacra proculcata, violata Religio, exposita ludibrio Castimoniae Sanctitas, proscripta bene gerendi cura & sollicitudo; denique omnes aeterni Numinis leges infandè temeritate spretæ contrebantur. His igitur audente animo contraire SALESIIUS, & coacta arenà, captiosa Erronum dissipare commenta, Christiana stabilire jura, tutari dogmata ea exorsus est dexteritate, ut alienis à fide animis unitatem, unitati consilia, consiliis rationem, rationi pondus superadstruens, Vaticanam Orthodoxi Orbis Majestatem, ipsa etiam excelsa gladiò spiritus Calvinianae Lerna Capita coegerit adorare. Hominum fidem! quae nova repproba facies? jam projectis erroribus ad occultiora doctrinae sacra mysteria lippiciens Davus, Aedipum requirebat SALESIIUM Davulius. Jam ad su-

Prima vice dicit pro Concione in Nativitate S. Joannis.

(ii) Vita.

(kk) Vit. p. 1. C. 9.

Bonniium & Davulium Romanae fidei adjungit.

um velut tripodem accurrebat Bonnius; & tota, nefariorum nuper exulata Ducum charismata, FRANCISCO pedissequa ibat Gebenna. (ll) (ll) Vita p. 2. Profigitatum Hæreseon monstrum, domitum scelus, victa perfidia, quidvis audendi, licentia catenata, superbia, atque arrogantia debellata, coëcivis luxuries, libido vineta, omnisque improbitas ad patrias Orbi sedes exulata re jussa, seducendi colonias Religioni, habitatos lares cedere est adacta. Tantum videlicet erat; propudiosa scelerum incentiva, Duces sustulisse. Acclamavit prænam Vox Vaticana, dum prævola Magni buccina mundi (mm) SALESIIANAS de oppressa Hæresi vulgabat adreas. Utque in splendoris auctarium Maximo Triumphatori gloriosa cumularet insignia, Pontificium destinat Effedum, & Præfulcum cum vitta appendit scipionem, cui erecta dehinc inniteretur Genevæ Ecclesia. Væ tibi, si adhuc cervicosa es contumacia! in tuas offertur plagas pastoralis baculus, ut reluctantem cogat Dominicum ingredi ovile.

Parum fuit Pastorem fieri Genevensis Gregis; insulatus sit Angelus, vel loci pede ad Gentes convulsas dissipatæque procurrens. Nec tardabat Joanneum decurrentem stadium unctio Episcopalis, quin novum Athletæ minifrans robur fecit proximè Majori Maximum vicinare. Inter cetera, quæ Theandrica facundia suo Præcurfiori conglobabat Encomia, summum erat, dum suas complanantem vias Angelum indigitavit. Ecce ego mitto Angelum meum, qui preparabit viam tuam ante te. (nn) SALESIIUM Angelum non modò protensus ultra cunabula nascentis diei, orasque quas fervens conquit meridies, votivus convulsus redintegrare, restituere dissipata, effecit zelus, sed præprimis æmulæ Joannæ innocentiae nives, purissimis adlegerunt spiritibus. Non provoco ad nivea ejus Genethlia, quæ Augusta apparavit Virgo in Augusto. (oo) Quam enim sobolem nisi niveam mensis progignat Augustus, cui obstetrix præest Lucina Mater ad Nives. Has nè Paphius aliquando liquidaret æstus, dum ad rigentes Aganippidos federet fontes, ritgidò nivæ Virgini junxit Sacramentò. Eisdem subinde sub Lauream Virginis umbram Laurentum deferens, iteratò votò, nè ullà taminarentur Laginiâ, Cellæ inclusit Marianæ. (pp) Donec in Decembri, die, qua ab Herode, truculento illo Galilææ Aquilone sparsas, & proprii cruoris purpurisò rubricatas Innocentium nives, sub una collectas Lythurgia, sancta deveneratur Ecclesia, suas quoque tumulo infodisset. Angelica ergo, quis ambigat, nitebat SALESIIUS puritate, qui quoties quoties innocentem offenderat Aurilotiæ pupillam, toties ex aligera regione Angelus à DEO missus (qq) vifolatus, Henricus IV. & coronatum acclamat epiphonema: Omnes Angelorum notes SALESIIUM unum complexum esse. (rr) Quem virtus Angelum, Vicaria Numinis in terris potestas fecit insulatum, ut Apocalypticum, in Pathmo sua, nuper Aligeræ menti prociduum (ss) Aquilam, æmularentur Gebennenses Alites, (tt) pronòque poplite sacertimo Antistiti, extatica grandi Majestate Geneva, genua lunaret, At SALESIIUS, projectæ infra corrigiam submissionis æmulus, honores apernatura

(mm) Avanc. l. Od. 21.

(nn) Math. 11.

(oo) Natus in Augusto. Vita. Renovat Votum Castitatis Laureti.

(pp) Vit. p. 2. c. 7. Mortuus in Festo SS. Innocentium.

(qq) Vita.

(rr) Lano. a. 1653.

(ss) Apoc. 19. (tt) Urbis Genevensis insignia etiam aquilam exhibent.

tur cum Angelo, sibi que in servum potius, imò in nihilum pumilescit. *Nihil sum!* O grande nihilum SALESIIUS, quo post Majorem majus nihil! Credite minimi, Maximi sunt, quæ sibi nihil sunt. Si enim *mensura humilitatis* Romano Sapienti *mensura est magnitudinis*, (uu) in Maximum gigante-tescat est necesse, qui in nihilum altissima sui decreverat submissione. *Ego homo non sum!* (xx) Ad stipulor oraculo, homo non es, Angelus es SALESII. Eja tuum mutato nomine recanta Carmen Olor Le. hinc: *Angelo SALESI es, si pias exuis alas, si SALESI alas induis, Angelus es.* (yy) Homo non est qui humanum nihil, nihil fragile in se circumfert sed aut DEUM spirat, aut Angelum. Metire si potes decempeda FRANCISCUM. Dispeream! si in meam non is sententiam: minorem esse SALESIO, quisquis non est aut homine, aut Joanne Major. Stringo in periocham, nè Annalium prolixitatem æmuletur Oratio, insulati thaumata SALESII. Evertit exegetico suadæ fulmine sigmata Bromii, & furentibus triduanò cæstrò Mænadibus, ex pœnitentialibus cineribus helleborum providit. Indignata facinus syderata Hæresis, intoxicatum propinat carthesium, quod innocuè FRANCISCUS biberet in Genevæ sanitatem, (zz) De temulento Deastro Victor, furenti etiam Jovi immittit habenas, dum quoties libuit, trifurcos, ardentissimæ orationis, compescuit ignibus ignes; fugavit procellas & turbines, fontèsque thaumaturgò imperiò obstruxit imbrium creberrimè, ut èt lacrymarum nunquam. Una cui sternuntur omnia, fatalis Lethi vis & necessitas, prodigiosos eludere videri poterat conatus. At ubi oculorum excæcari noctes, ignavas manibus depelli paralyfes, cæterumque suum profligari comitatum orbatus vidit Vespillo offesus, ingentem reformidans spiritum, qui possit busta diffare, afflare mentes, funera animare, ocyùs, qui jussu redanimabantur Præsulis, binos manes extumulavit. Centum extumulaturus alios, si SALESIIUS jussisset. Verùm is potiore ducens vitam gratiæ, ad resuscitandas in Hæreseon, vitorumque veterno conspultas animas animum adjecit; quarum bina supra septuaginta millia Bezæ evulsit, ut jungeret Romæ. Neque hic Calpe, aut Abyla erant zelantissimo ardori Apostolico. Quin ut etiam post fata de flagitiis numeraret triumphos, quas Dædalus zelus sibi effingere nequiverat pennas, quibus vastam describeret Angliam, (aaa) eas columbinæ suæ glutinavit Philothæ, ut Orbem pervolaret Europæum. Volat, nec tam oculos involat, quàm animos amantium, amâque inter conjunctiora DEO præcordia nidulari. Intemeratæ alium sacravit Virgini Codicillum, quo illibatum Conceptionis instans, Adamiticæ nunquam obnoxium culpæ tuebatur tam purè & dilucidè, ut vix in animum inducas descriptum-sepiâ, quod tam candidè conceptus exaratusque esset. (bbb) Joannæ nimirum Innocentiæ gemellus candor defluxit in calamum; quidnè ergo candida sint grammata, quæ Virginæ etiam papyro, olim uno conscrip-tæ Verbo inscribuntur. Unum quem Joanneo Timanthes appingere consuevit simulacro Agnellum, in Maximo SALESIO desiderari non patior. Habet & ille sibi domesticum, quem toto vitæ curriculo, ut niveum in primo rege-nerationis lavacro vellus intaminatum conservaret, inter Liliata innocentia

(uu) Senec. L. 3. 99. nat. (xx) Vita.

(yy) Sarbiew. L. Epig. 28.

(zz) Passim in Vita.

aaa) Alas optabat Columba, ut zelosuo pervolaret Europam. Labe in Elog. (bbb) cit. à Thyrs Gonzalez.

pavit visidaria; subinde Paulano sociatum Agnello (ccc) inter oleas enutri- vit, ut in eo pinguiorem Numini litaret victimam se ipsum. O! digna cœlo victima! Progreditur, allestante Chloride ad Lugdunî Franciæ alcynoo, (ddd) ut quam frustra venalem sanguine palmam apud equuleos nundinaba- tur, & Catastas; inter suavolentes florum areolas, Virgineam carpat Laureolam, in suppedaneam herbam Agno immaculato ab origine mundi occiso, prosterne- dam. Anhelis ardebat FRANCISCUS votis, sitientes cruoris Herodes, qui cervice vulsa bullientem venis haurirent cruorem, & concolore cum Præcur- soris ostro infons vellus purpurarent. Sed invida fata! negare nativo riga- tam sanguine Laurum potuistis, eripere adorem *Martyris Castitatis* (eee) non potuistis. Ergo Olitoris gurgustium in ergastulum abit Herodianum. Heroô excipit animò, quem Apoplectica intentat Tyrannis; fatalem istum, & cum bullientem nequiret, gelatum in glaciem cruorem, supremo immolat Numi- ni in holocaustoma. Ancillabatur in eo vitæ confinio ægrienti Maximo mini- ma JESU Societas, ut quam deslinante polo, in floridæ ætatis vere, sacris æquè ac profanis disciplinis sumpserrat imbuendam, vægrandem meritis in argenti vitæ brumæ, repetenti cœlo redderet animam, pleno virtutum meridie paluda- tam. Provehere Postambulo *Maxime! qui tanti mensuram nominis implet!* (fff) provehere ad æternaturam agonalis cursûs metam! & qui Majoris pa- rili pede cucurrissi trivium, perennaturum post Majorem Maximum provola ad bravium. Ad Galaxiam Præcurforis sigillatam velligiis, non indecoro pulvere sordidos æther invitat pedes, ut quem in Virtutis vitæque stadio Viatorem post Majorem suspexit Maximum, post Majorem Maximum vene- retur Comprehensorem. *Subsiste trivialis Distio! abijt SALESIIUS,* quo solent eluctari Maximi.

(ccc) S. Franc. de Paula pingi- tur cum agnel- lo. (ddd) moritur in orto in Tu- gurio Olitoris Vit. p. 5. C. 9.

(eee) Alex. Na- talis in Evang. de Bapt.

(fff) Ovidius.

O Religiosissimi PP. Minimi! ad Vos, priusquam ad Vestros Postambulonem infectata SALESIIUM, delassata occumbat pedes, ad Vos tantisper digreditur Oratio. Audistis post Majorem Maximum SALESIIUM. Aut ergo Vester non est, si pergitis esse Minimi; aut Vestra Maxima est Familia si nostrum sibi vendicat Maximum. Non parturiunt Aquilæ columbam, nimumq; monstrosus naturæ abortus est, si musca Elephantem. Gigantem effudit Mater Filium, quo post Majorem non surrexit Major. Ergo frustra pumilionem miscetur nomi- ni, frustra pygmæum aucupatur Etymon, dum Giganteo semetipsam refu- tat partu. A Maximis sit Maxima. Et ausit inter Myrmidones reptare no- mine suo breviores? Vindicarem injuriam Umbræ Sanctissimæ! nisi extre- mos inter singultus, languescens halaret animam Panegyricus.

Eja Vestres Vicaria Numinis Capita, animate Cineres; aut si lubet, expi- ranti vocem aspirate Vaticanam Oratori. Tuum, quod in zodiaci fasciam Tuæ circinasti stationi *Cælum*, in minimum decrescit punctum Leo Sanctissime! (ggg) nec irrugis? Vestrum bis secundi, ter Coronati, cordatissimi Eugenii Manes in vita adamatum pene in nihilum disperit *Corculum*, & siletis? Tua in Democriti vilescit atomum *Corona* Julii III. Tuus teruncii Paule IV. ælli- matur *Thesaurus*, Tuum minoratur *terrestre Delicium* Clemens VIII. Tuus

(ggg) Ex Bulla minium.

pavit.

Sixte IV. *Ocellus*, Tua Innocenti VIII. Innocentissima in inanes diffudit *atras Pupilla*, & obmutescistis? Quanquam alienis opus non est vindictis, dum domesticæ Minimam refellunt facta, & grandes Virtutes Maximis accensent. Re-
det pulcherrimam verborum, operumque diffusionem Criticus Orbis, den-
dici audit minimam, quæ Maxima operatur, & laudabili mendacio loquen-
tem aliter, aliterque agentem intuens, scribit Epigraphen: Minima Maxima.

O Minima Maxima, Maxima Minima Familia! habe ergo tuum Præcur-
foris Postambulonem, Minimum post Majorem Maximum SALESIIUM; quem
si humili pede, titubante incompræ gressu mea infestata est facundia, nè mi-
rère: rusticata cum Musis, nimirumque Poëticis consuefcens pedibus, suada, nè
facundi Hermaë talaribus se se erigeret altiùs, à rivali Apollinè compedita
erat, ut sit tibi à pedibus. Si verò myricarum in morem reptans tuum
minoravit Maximum, succense Minimis, quorum de numero

Minimus

D I X I.

